



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

17. Abstine à lite & minues peccata. Eccl. 28.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

plus mali, & plus despectus, quam
cepisti.

Dum conquereris, aut in litigio
cum proximo quaestio est, an de
perditionem hominis quaerere, cui
opera Deus usus est pro poena & op
dem tam exigua tuorum magnorum
criminum. Sis ipse Iudex, examina
decide ipsemet hanc quaestionem.

REGULA DECIMA-SEPTIMA

Abstine à lite, & minues peccata

Eccl. 28.

PARAPHRASIS.

Processus & litigia evita, & pauca peccata tibi remanebunt persequi cum, divites reddere iudices & eodem incognitos, in ruinam ducere propriam familiam, nutrire suas iniquitates, multiplicare errores, & perdere Paradisum; hoc est quod qui dinariè litigando lucratur.

Nulla est dissensio, quae non possit terminari per vias amicitiae & civilitatis, & non est pax aut quies, quae pravaleat omnibus victorijs, quae iudicatur.

judicio obtinemus, & quàm omnes triumphi, quos superbia ducit de nostris inimicis.

REFLEXIO.

Vivas in pace & stabilitas tuam felicitatem taliter agendo, ut eam inquietam nihil reddere possit, & ne sis obligatus te defendere, aut conqueri contra quamcunque personam.

Non est tam honorabile vincere inimicos, quàm planè nullos habere. Furiosi & bestia in primo honorem recipere possunt, secundum verò non convenit, quam hominibus cœlestis & divinæ inclinationis.

Si tamen aliqua disgratia vellet nobis inimicos concitare, credamus, quod nobis minus sit gloriosum invertere eorundem domus & possessiones, quàm sedare ipsorum choleram; Omnes sollicitudines, quas impendimus ad lucrandum processum, impendamus ad lucrandum eorum corda.

Non velimus ut pereant: adspiremus ad victoriam magis illustrem, ita agendo, ut etiam contra illorum voluntatem

nos

nos ament, & ut sibi ipsismet dent culpam, quod nos offenderint.

Dolorem nostræ offensæ inferamus conscientia eorum, & ita agamus, ut nostræ bona officia agnoscant nos amabiles & quod fuerimus amore digni, dum illi nobis displicentiam carerent.

Utamur verbis suavibus & cum respectu prolatis, & conemur eos subtertere per attractus civiliores, ut ipsi confiteri cogantur, quod nobis injuriam fecerint, dum nos malè tractarunt. Et hæc confessio est honor quam maxime desiderabilis, & insignissima victoria, ad quam homo honoratus adspirare possit.

Tenemur denique in anima nos delere omnes inimicitias, & omnia desideria nos vindicandi.

Et quidem per legem naturæ, quæ nobis nulla dedit alia arma & media vincendi homines, quàm mutuam charitatem.

Per legem Evangelii, quod nobis dedit præceptum & mandatum indispensabile.


Per legem incarnati Dei, qui nobis dedit exemplum.

Per legem Creatoris, qui voluit ut noster animus, & nostra persona non essent aliud, quàm vivens imago suæ infinitæ & substantialis charitatis.

Per ipsam legem Paradisi, ubi hæc inscriptio portæ incisa est, quod ibidem nullus homo ingredietur, qui in corde odium & choleram gestat.

Nostrium proprium interesse super hæc omnia nos eò ducit, nam certissimum est, quod nullus sit inimicus tam timidus & pavidus, qui non vellet nocere, nec tam debilis, qui non posset; Nec etiam tam ignorans, qui non sciat media, & qui non habeat sufficientem agilitatem & subtilitatem similes occasiones inveniendi.

F I N I S.



Handwritten text on the red binding strip, possibly a library or collection mark.

Faint, illegible text on the parchment page, likely bleed-through from the reverse side.

FINIS